



Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. III. Utrùm priora sponsalia de futuro solvantur per posteriora juramento firmata; vel per matrimonium cum alia contractum, & an etiam per subsequentem fornicationem?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

reddat ad contrahendum matrimonialiter, qui ordinem sacrum suscipit, cum ordo sacer sit impedimentum dirimens. Per votum autem suscipiendi sacros ordines non dissolvitur sponsalia prius contracta, saltem ex parte voventis (cum quae enim contracta sunt sponsalia, illa liberatur à sponsalium talium obligatione, si sponsus votum v. g. faciat suscipiendi sacros ordines, eò quòd taliter vovens videatur renuntiare prioribus sponsalibus) probabilius est, cum in grave alterius præjudicium votum hoc non videatur acceptare DEUS.

§. III.

Utrum priora sponsalia de futuro solvantur per posteriora juramento firmata; vel per matrimonium cum alia contractum, & an etiam per subsequentem fornicationem?

Respondetur primò, non solvi priora sponsalia per posteriora de futuro, quamvis hæc juramento firmata sint, cum posteriora hæc sponsalia invalida, & nulla sint, tanquam de re alteri iam obligata, & quamvis ipsis accedat juramentum, non minus tamen hoc juramentum invalidum est, tanquam accedens contractui invalido, cum quo velut accessorium cum suo principali corrumpit. Quòd si tamen carnalis copula cum posteriore sponsa, priorum sponsalium ignara, intervenerit, quamvis in rigore loquendo priora sponsalia (saltem ex parte decipientis) non dissolvantur, & damnum illatum per talem copulam debeat aliter compensari, potest tamen nonnunquam evenire, ut ob injuriam

ignoranti illatam ad posteriora sponsalia servanda obligatus maneat intactor.

Respondetur secundo, solvi priora sponsalia de futuro, per subsequentem sponsalia de presenti, sive per subsequentem matrimonium, illicitè quidem, non tamen invalidè contractum est, *Sicut in h. e.* quia fortius vinculum, quod est vinculum matrimonii, prævalet magis forti sponsalium de futuro vinculo, nec priorum sponsalium obligatio in tali casu omnino extinguatur, ex parte utriusque prout etiam colligitur ex c. 1. *De sponsalium duorum.* & can. ult. cau. 27. q. 2. quævis damnum, si priori sponsa in tali casu aliquod evenit, compensari debet ab eo, qui fidem sefellit.

Respondetur tercio, solvi sponsalia etiam jurata per sequentem fornicationem, tam sponsi, quam sponsæ, in innocens jus habeat, ea rescindenda, non tamen nocens, tum quòd ob non bilem mutationem in tali casu, sicut frangenti, meritò fides non tenetur, tum quòd ex iniquitate sua commotionem habere non debeat nocens: & quævis quoad actuale fornicationem prætergaudeant in ordine ad dissolvenda contracta sponsalia sponsus & sponsa, ipsa tamen conceditur sponso rescilire sponsalibus, quamvis actualis fornicatio non intervenerit, ob vitam sponsæ minime perdicam, aut quòd vi oppressa fuerit, &c.

